

# Schola Hiemalis Latinitatis Vivae Wratislaviensis MMXV

---

Omnes *linguae Latinae* Fautores Cultoresque ex imo corde invitamus  
ad **Scholam Hiemalem Latinitatis Vivae Wratislaviensem** participandam,  
quae **diebus 16-21 m. Martii a.D. MMXV** habebitur  
in aedibus **Instituti Studiorum Classicorum, Mediterraneorum Orientaliumque  
Universitatis Wratislaviensis**

Schola destinatur discipulis, studiosis, magistris necnon omnibus Latinitatis cultoribus, qui sermonis Latini vivum usum exercentes ad maiorem huiusce linguae peritiam notitiamque progredi velint.

Schola recentioribus efficacioribusque methodis didacticis praebitur a tribus docentibus **Martino Loch** (L.V.P.Ae sodali ordinario et Universitatis Posnaniensis doctorando), **Paulo Pezzuolo** (L.V.P.Ae sodali ordinario et Scholae Normalis Superioris Pisarum studioso) et **Caecilia Koch** (L.V.P.Ae propaeseide), in diversis gregibus: tironum (qui omnino linguae Latinae expertes sunt), provectorum (qui elementa iam acceperunt) et veteranorum.

Hoc anno Paulus Pezzuolo quoque vivum sermonem Graecum docebit!

**Inauguratio** erit **die 16 m. Martii** circa horam **10.00 a.m.** in Lectorio *Instituti Studiorum Classicorum, Mediterraneorum Orientaliumque Universitatis Wratislaviensis*, quod in via Komuny Paryskiej 21 situm est.

Pro scholae participatione stips solvenda est: studiosis Universitatis Wratislaviensis nulla, ceteris Polonis **30 Aureorum (PLN)**, peregrinis autem **15 Euronum**. De pernoctationibus cibusque participes ipsi curare debent.

**Qui scholae interesse velint, nomina dent** moderatoribus **usque ad diem 8 m. Martii MMXIV** via electronica: [schola.wratislaviensis@gmail.com](mailto:schola.wratislaviensis@gmail.com)

Moderatores:

dr Alla Brzozowska  
Gabriela Gajda  
Anna Rogowska  
Zdislaus Koczarski

---

*Schola instituitur sub auspiciis:*

Instituti Studiorum Classicorum, Mediterraneorum Orientaliumque Universitatis Wratislaviensis  
Societatis Philologiae Polonorum  
Latinitati Vivae Provehendae Associationis e.V.  
Societatis Wratislaviensis Amatorum Historiae  
Societatis Studiosorum Historiae Antiquitatis Universitatis Wratislaviensis